Excusatio Neminis aduersus Nullum Lipsensem

Ferrarius, Johannes

[Leipzig], [1519]

VD16 E 883

Nullus ad Neminem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32645

& Aristotelē desiderasset dixisse ferē ἰκωφον εστι το ακροατηριον id est mutū est auditoriū. reliquos magis q̄ pisces mutos putabat si Aristoteles nō adesset. Et rursum Aristoteles Platonē vnice veneratus est vsq̄ adeo vt & aram illi extruxerit in plerisq̄ in Platonē acerbius videt̄ sat humano affectui aliqn̄ condonandū est. Sed hæc αποροσδυνισα sunt. Hæc ꝓpterea recensui ne putares Aristotelē sola philosophia physica phōrū αλφα και ω esse. sed ī alijs Philosophie partib⁹ nō postrema classe numerandū. Nō autem eo accipies q̄ putem vel ex Aristotele vel Platone philosophiam illā sacrosctām sumendam/ sed philosophis vtrosq̄ relinquendos. Nec illis ȳbis alicui vel famā vel authoritatē ledere volo, felicissimi sunt q̄ philosophia in totū posthabita Christum p̄dicant. Nec tñ omino illi deplorādi sunt q̄ in Scoti aut Thomæ lectione cōputruerūt. Iudicio nimirū falsi. Sed de⁹ olim iudex acerrim⁹ erit. Hæc mi frater Nemo habui q̄bus tibi tumultuanter respōdere voluiq̄ si nō oīa faciūt satis p̄cipitantiæ ascribas oportet. Modestie fines haud vnq̄ transgressi/ vt opinor /sumus/ viuat/ floreat amicicia nostra. Nullus recensuit vt assolet.

Nullus ad Neminem.

Scribimus hæc animo minime mi frater iniquo
Omnis nasus abest, omnia plena iocis
Scribimus hæc forsan ne me redducere calcium
Aut reuocare putes quæ prius ædideram.
Non iram cupio fratris, non excito bilem.
Fratris, fraterno pectus amore calet.
Terga dabo minime, turbis contendere mecum
Si lubitum est, nescis Prothea semper ago.
Ledere non quēq̄ volo, sed lesus taciturnus
Non potero bilem dissimulare lubens.
Non odor vllius cui forte suboluit iræ
Di faxint illo cardine res abeat.
Nec tu verborum q̄ sit confusaq̄ moles
Mireris, nullus scribere nulla solet.

τελοσ.